



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. LVI. De Fratre Henrico Magistro III. An. Ch. MCCXLVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Conradus Landgr. Thur. V.. Mag. General. Ord. Teut.  
Popo de Osterna II. Mag. Provincialis in Prussia.*

(b) An. 1246. Oppido Abbas Meßlanensis ab Innocentio Pontifice Legatus pacem inter Sventopolcum Pomeraniae & Casimirum Cujaviz Lencitiæque Duces atque Cruciferos redintegravit exacto à Sventopolco jurejurando, quo nihil se deinceps cum Prussis Paganis commercii habiturum esse promisit. Quo facto à censuris Gvilihelmi prioris Legati in eum vibratis ipsum absolvit Abraham Bzoviis Tom. XIII. Annal. addit. an. n. XVIII. & antè eum Matth. à Michov. lib. 3. Chron. Polon. cap. 44.

## CAP. LVI.

*De*

### *Fratre Henrico Magistro III. An. Ch. MCCXLVII.*

Frater Henricus de Wida Magister terræ Pruschiæ tertius præfuit VIII. annis. Hic nobilem Virum Dominum de Wida consangvineum suum cum quinquaginta viris expertissimis (a) in bello adeo viriles fuerunt, quod fama publica de ipsis testabatur, quod hasta eorum nunquam fuerit aversa, nec sagitta ipsorum abiit retrorsum, & multos Nobiles de Almannia peregrinos ad terram Pruschiæ secum duxit. Hic frater Henricus de licentia uxoris suæ habitum fratrum Domus Teutonicæ suscepit, & ipsa claustrum Sanctionialium in (b) Tronsivitz intravit, quod claustrum ipse instituit & fundavit, & donis Magnificis dotavit. In quo etiam ipse post multa bella quæ gloriose in dicto officio gessit, ut inferius apparebit, vocatus à Magistro generali ad Capitulum in itinere infirmatus, mortuus est & sepultus.

#### ANIMADVERSIONES.

(a) De sunt quædam supple itaque hæc: *miser, qui,*

(b) Dransivitz habet Schüz. lib. 1. fol. 24. b.

CAP.